



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et
Oratiunculae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Lupus & macilentus Canis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

LUPUS & MACILENTUS
CANIS.

JEiunus olim Lupus in Canem incidit; non ille naris emunctæ Lupus, aut tam versutus, quàm rapax. Is in oblatam prædam cum rueret; ah! ne tibi, Canis ait, isthæc libido veniat, ô Lupe, ut me tuis epulis destines; viden' ut ægra macies & scabies mala me me urget: at si breves inducias dabis, jam jam revertar pinguis totus ac teres. Cerebres parantur scilicet apud Herum nuptiæ, & largæ dantur epulæ per multos dies. Non parcam mihimet, spondeo. Hinc me refectum videbis, dignumque, palato qui sapiam tuo. Reversus illuc postmodum Luptus alacer Canem evocat, & datam repetit fidem. Quem ille post crates respiciens; næ æquum censes; inquit, ô Lupe. Ac ne quis dubitet, quàm fidelis sponsor ego sim, accerso testem hujus custodem domûs. Is erat Molossus ingens non unâ Luporum nece nobilis. Rem suspicatus Lupus, & se delusum sentiens, at mihi non vacat, inquit; & spem salutis unam in fugâ ratus, quamprimùm se in pedes dedit.

EPIMYTHION.

Præsenti utere, futuro temerè creditur.

VULPES & GALLUS.

GAllum insidentem arbori Vulpes viderat,
Gallus delicatus si quis est, & regius Vulpis

R 4

pi